

LIBER

Maxiq; ei materia, nec tempestas, nec caries, nec uetustas potest nocere, sed ea & in terra obruta, & in aqua collocata, permanet sine uitio utilis sempiterno. Ita q; non solum in muro, sed etiam in substructionibus, quique parietes murali crassitudine erunt faciendi, hac ratione religati, non cito uitiabuntur. Interualla autem turriū ita sunt facienda. ut ne lōgus sit alia ab alia, sagittæ emissionē, uti si qua oppugnetur, tum à turribus quæ erunt dextra ac sinistra, scorpionibus, reliquisq; telorum missionibus, hostes reiciantur, Etiamq; cōtra, interior turrium diuidendus est murus, interuallis tam magnis q̄ erunt turres, ut itinera sint interioribus partibus turrium contignata, neq; ea ferro fixa.

a Conti-
gnatio

